

Inchiesta sulla ex cadentia di Misillo

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Inchiesta sulla ex cadentia di Misillo

1326-10-04

Carolus Illustris Ierusalem, Sicilie Roberti Regis primogenitus, Dux Calabrie, ac eius vicarius generalis, Iustitiario Calabrie fideli paterno, et suo, salutem et dilectione sinceram, Dominus Guglielmus de Sinopolo cambellanus, familiaris, et fidelis paternus, et noster, excellentie nostre nuper exposuit, quod reverendo domino genitori nostro predicto, pro quondam Domino Georgio Zaccaria de Giracio, Secretis Calabrie tunc presentis et futuris dilexisse dictas litteras continentie subsequendis

In dicta expositione subiungens quod predicta excadentie quam iuste, ac rationabiliter a nostra Curia tenere se asseruit ad hoc, in eodem censu sicut fuerat tempore premissae factae gratie existenti ubi solutio dictorum centum tarenorum, ex defectu vassalloru et villanorum ipsorum singulis duobus annis predictae Curie, ut premittitur faciendae huiusmodi, eidem incumberet nullam, seu modicam utilitatem ex fructibus dicte excadentie consequi posse, se asserat vel habere, propter quod nobis attentius supplicavit ut praescriptam regiam gratiam propagare in personam suam, in eis vita de benignitate dominica dignaremur. Nos autem propter ipsius supplicanti grata, et diuturna fidelitatis obsequia eius, in hac parte supplicationibus inclinati Secretis Calabrie presentibus, et futuris dabimus per alias nostras litteras in mandatis, ut si eis constiterint per inquisitionem de mandato nostro, per vos exinde faciendam predictam excadentiam in eodem statu, et conditione persistere, sicuti fuit tempore collatae gratiae prelibatae dictos tarenos centum in vita predicti domini Guglielmi ab eo, seu vassallis, atque villanis, pro dicto iure Curie petere, vel exigere, quomodolibet

non presumatis. Sic igitur volumus et fidelitati vestre committimus, et mandamus expresse quatenus, una cum iudice et actorum notario quod habetis a Curia diligenter, et sollicite inquirere studeatis per viros antiquiores, et alios fide dignos qui rei melius scire valeasse veritatem, debito respectu habito ad tempus preteritum ipsius facte gratie dicto quondam domino Georgio pariter, atque presens si dicta excadentia in presentiarum eiusdem status, et conditionis existat sicuti fuit ut premittitur tempore facte gratie antefate, et si ab eo tempore ipsius facte gratie dicta excadentia, cum vassallis, atque villanis, et facultatibus aucta est, vel forsitan diminuta, et in quo seu quibus augmentatio, vel diminutio noscitur subsequuta, ac de omnibus aliis circumstantiis opportunis, et quicquid per inquisitionem ipsam inveneritis exinde in scriptis redactum fideliter secreto Calabrie sub sigillo nostro, dictorumque iudicis et actorum notarii destinari curetis, ut dicte inquisitioni habita tradenda successoribus tuis alterutrum in pendenti, iuxta ipsius merita ad exactionem predicti iuris, vel observatione nostre gratie praefato supradicti, ut predicatur iuste procedere valeat iuxta nostrarum super hoc diligendarum eis continentiam litterarum. Cauti ne aliud quam, quod inde inventum scripseritis, per alium possit ullo umquam tempore inveniri vobis exinde totaliter inveleamus

Data Florentie, per dominum Rogerium Marchisium de Salerno, hospitis nostrum iudicem, domesticum, consiliarium, familiarem et fidelem patrum et nostrum. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto. Die quarto octobris decime indictionis, regnorum dicti Domini Patris nostri anno octavo decimo.